sus illius consuetudinis uobiscum ad forū deferretis. Edidi que potui non ut uolui sed ut me temporis angustie coegerunt. scitū est enim causam conferre in tempus cū afferre plura si cupias nō queas. TV ů inquit catulus collegisti oīa quantū ego possim iudicare ita diuinitus ut non a grecis didicisse sed eos ipsos hec docere posse uideare. me quidē participē istius sermonis factū esse gaudeo. ac uellē ut meus gener sodalis tuus hortensius affuisset. quē quidē ego confido omnibus istis laudib' quas tu oratiōe cōplexus es excellentē fore. ET crassus fore dicis inquit? ego ů esse iam iudico. & tū iudicaui cum me consule in senatu causam defendit africe. nuperq; etiā magis cū pro bithinie rege dixit. Quā obrē recte uides catule. nihil enī isti adolescenti neq; a natura neq; a doctrina deesse sentio. eoq; magis est tibi cotta & tibi sulpici uigilandū ac laborandū. nō enī ille mediocris orator uestre quasi succrescit etati. sed & ingenio peracri et studio flagranti & doctrina eximia & memoria singulari. Cui quāquā faueo tamē illum etati sue prestare cupio. uobis ů illum tanto minorem preccurrere uix honestū est. Sed iam surgamus inquit nosq curemus et dati. & aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros curamq; laxemus.-

M. TVLLI. CICERONIS. DE. ORATORE. LIBER. TERTIVS. ET. VLTIMVS. EXPLICIT. DEO. GRATIAS.

SCRIPSIT. POGGIVS. SECRETAR. DNI. MARTINI. PP. V.